

Ann. VI.

Num. XIX.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA", Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM VARSIAVIAE POLONORUM LONDON W.

Rakowskie Przedmiescie, 15. Krakowskie Przedmiescie, 28, Orchard Street.

IN ANGLIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

NEW YORK CINCINNATI

52, Barclay Street. 436, Main Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

RERUM INDEX

STHEPHANUS GROSSO.	v. u.
AD ANTONIUM LUPETTIUM.	Stephanus Grosso.
PATERNAE AUCTORITATIS DIMINUTIO.	Senior.
DE SYNESIO SCRIPTORE.	I. Lemette.
DE ARTIBUS INGENUIS APUD HEBRAEOS.	H. D. V. Pieralice.
DE MUSICO GENERE QUOD « ORATORIUM » NUNCUPATUR.	Hersilus.
RUSSORUM POPULARE THEATRUM.	A. Costaggini.
AD COLUMNAM TRAIANAM.	H. Frollo.
DIARIUM VATICANUM.	Actuarius.
SATURIO. Comoedia latinis versibus conscripta et in tres actus distributa.	I. B. Francesia.
SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS. De recta pronunciatione latinae linguae dialogus.	I. Lipsius.
ANNALES.	Propoplicola.
LIBRORUM RECENSIO.	P. Angelini.

In tertia operuli pagina:

VARIA: Mulierum dominatus in Russia. - Lucens mensa chordisona. -

Societas in funestos. - Ioci.

AENIGMATA.

P. d. V.

Fr. Palata.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCIII

SOCIETAS LATIALIS EDITRIX

(ROMAE, Via Tomacelli, 15),

tria volumina vulgavit novissimae collectionis, quam inscripsit:

EXCELLENTISSIMI POETAE IUVENIBUS EXPOSITI.

Quae quidem volumina — ILIAS — ODYSSEA — AENEIS veneunt singillatim lib. 2; (pro commentarii Minerva sociis, lib. 1,50).

Satis est probatum rationem optimam litterarum opus explanandi — sive poema sit, sive drama —, viam facillimam ut eius artificium plane intellegatur, in narratione positam; ab eo vero factam, qui plane, ex omnibus partibus universaque puleritudine opus idem perceptum, totum referat. Ita narrator praeclarorum opus exponens, una commentatur, illustrat; invenis autem qui legit — neque iuvenis solum! — operis formam omnino claram ac definitam sibi fingit, atque aptissimum apparatus ad archetypum deinde gustandum. Quamquam *quot* ii sunt qui primigenia possint delibare?... Non est igitur dubium quin iuvenes pariter et eulti viri ex his narrationibus oblectamentum simul atque utilitatem percepturi sint, prout apud Anglos factum iam vidimus de narrationibus ex Shakespeare, quas Carolus Lamb concinnavit. Adde volumina nostra omnia — partem propriam « Bibliothecae Commentarii Minerva » constituentia — pluribus, iisque pulcherrimis figuris esse ditata; quin imo *Aeneidem* celeberrimis Pinelli artificeis immaginibus exornari.

Eadem Societas Latialis Editrix nuperrime veno posuit

CHARTULAS DIRIBITORIAS VERGILIANAS

ad amussim reddentes tabulas quas Pinellius, ineunte saeculo XIX, ad *Aeneidem* illustrandam descripsit.

Chartulae hae, praeter quod artis specimen exquisitissimum constituant, mirabile eruditis viris, discipulis, praceptoribus offerunt subsidium, ut magni poematis praecipua in mentem revocent magisque adfigant.

Series quinquaginta et unius chartularum, quas elegans theca apposite fabrefacta custodit, venit lib. 3; chartula quaeque lib. 0,10.

Cuneta requirantur a

SOCIETATE LATIALI EDITRICE

(Romae, Via Tomacelli, 15).

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

STEPHA

Gravis annis
tus. placidus,
culum in litt
oppido Liguria
a studii labore
Stephanus Gro
latina, sive gr
egere fortasse
ditionibus, sed
integritate, tur
quem in prof
valebant, cons
stabunt. Ita e
quamvis ab ho
ita dicam, pac
opera, quae p
delectatione atq
ctrinae plenae,
nostri temporis
legerentur. Re
sibi Grossus, q
graecitatis atq
eumque in alios
autem hodie su
possint gloriari

Casum tanti
memoriam celeb
sumus quin mi
lam iterum in
ramus, quam pr
Urbis is tradidi

AD ANTON

Me iam Saxelli col
Impendet iam ni
Albisola suum pos
Pertimeo: haud i
Luctantes venti tem
Insurgunt subito,
Iuxta Arnum Pisis
Mitior ora tenet.
Promissa advenit

Hanc nostri serv
Ast aliam atque alia
Ingenium potis es

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

STEPHANUS GROSSO

Gravis annis, a civili tumultu remotus, placidus, ut quiete vitae curriculum in litteris exercuit, Cellis in oppido Liguria diem obiit supremum a studii labore ille numquam victus Stephanus Grosso. Cuius scripta, sive latina, sive graeca hodierni censores egere fortasse iudicent minutis eruditib; sed profecto tum iudicij integritate, tum amore antiquitatis, quem in profanos etiam incendere valebant, conspicua mirandaque exstabunt. Ita enim factum est ut, quamvis ab hodierna institutione, ut ita dicam, paene abhorrentia, eius opera, quae plurima edidit, maiore delectatione atque utilitate, quam doctrinæ plenæ, at simul duræ satis nostri temporis disceptationes, adhuc legerentur. Re quidem vera fecerat sibi Grossus, quasi naturam alteram, graecitatis atque latinitatis sensum, eumque in alios facile inducebat. Quot autem hodie sunt, qui artis vi tanta possint gloriari?

Casum tanti viri dolentes eiusque memoriam celebrantes facere non possumus quin mire concinnam epistolam iterum in nostras paginas reseramus, quam pro sua humanitate *Voci Urbis* is tradidit vulgandam.

v. u.

AD ANTONIUM LUPETTIUM.

*Me iam Saxelli colles montesque repellunt:
Impendet iam nix; iam properat glacies.
Albisola suum poscit; sed dona novercae
Pertineo: haud raro decipit ora Ligus.
Luctantes venti tempestatesque sonoræ
Insurgunt subito, meque senem exagitant.
Juxta Arnum Pisis te, dulcis amice, docentem
Mitior ora tenet, qua miser heu careo!
Promissa advenit tua littera: compta elegans-*
[que est:
*Hanc nostri seruo pignus amoris ego.
Ast aliam atque aliam cupio: substriste dolensque
Ingenium potis es tu recreare meum.*

STEPHANUS GROSSO.

PATERNAE AUCTORITATIS DIMINUTIO.

ILLA ad ceteras aetatis nostræ miserias accessit, quam passim omnes lamentantur, quod a liberis hodie parvi pendantur ita parentes, ut cum iis quasi cum paribus se rem habere arbitrentur; mox quasi cum subiectis agant; denique, ubi anni inereverint, infirmioresque maiores natu reddiderit, prorsus extraneos sibi iudicent, et, horribile dictu!, negligant immisericordes, et fere contemnant. Quid, si, iudice coerecente, victimum praebuerint inviti? Quid si coram sit, patre demortuo, pinxit haereditas invadenda?

Filius ante diem patrios inquiret in annos!...

Aequo animo et omnibus suspicionibus libero, quoniam lugubre facinus pererebrescens in quotidianis negari non potest, operæ pretium duceimus considerare causas, ut inde remedia, siquaten sint, idonea praestemus.

Atqui triplex causarum genus emergit. Primum a parentibus pessime educantibus prolem; alterum ab ipsa filiorum indole; tertium ab halitu et afflatu societatis civilis, quae patres una et liberos afficit. Hodie vero, ne longiores simus, de primo tantum nonnulla scrutabimur.



Naturae lex prolem dat; verumtamen, prout in omnibus quae a natura dantur, iura simul et officia constituuntur; parentibus ut filios alant, ut vestiant, ut voce et exemplo ab unguiculis moneant, ut a malo deterreant et ita ad bonum compellant, ut se non sibi, sed Deo, sed patriæ, sed familiae omnia, ad mortem usque, debere arbitrentur. Filiis autem.... Brevi rem expediā; ut patres habeant instar minoris Numinis, praesentis ac tuentis, quibus ab illo Princepe, ut edacentur et alantur, traditi sunt.

Iamvero quid tot ex istis officiis integrum a parentibus liberi accipiunt? Si pauperie patres premantur, ita ut cibum, quo reficiantur, vestes quibus tegantur, domum, in qua inhabitent, labore quotidiano quaerant, quidnam putamus praestari posse educationi filiorum a redeuntibus vespere domum defessis et ferme prostratis? Satis superque si caena paretur, si optatos quam citius sit fas carpere somnos. De educatione, de monitis, nihil. Numquid de Deo cogitatio? Numquid ante somnum preces? Atqui « non est potest nisi a Deo »; qui igitur Dei nomen et ius pater in medium non protulerit, hic de auctoritate sua penitus desperet. Veniet enim dies, qua filii scient se casu natos, et procreatos fuisse ad mortem et lacrimas; ideoque nihil se debere parentibus credent, quorum extra praeterque voluntatem orti sunt; immo iure

oderunt autores mortis immeritae et miseriarum suarum. Num aliud ab hoc adolescentulis veniet in mentem nihil de Deo, nihil de solempni illa constitutione humani generis cogitantibus?... Nullum igitur erga parentes officium sibi ingruere credent, et pro generatione, pro vita suscepta odium ingrati rependent.

Nee speret quis a bona ipsa puerorum indole aliquid posse presumere. Nam pueritiam liberi agunt in plateis, in trivis, medii sermonibus impudicis, blasphemis impune undique assonantibus, seque in turpiloquii et turpitudinibus versantes, et exerceentes. Hinc furtis, mendaciis, obseenis assuescere; et...: « adolescens iuxta viam suam, etiam cum sennuerit, non recedet ab ea! »; adagium infinitae Sapientiae. Ubi vero aetate processerint, vignerint, in opificiis, in officinis, apud artifices a parentibus, quibus cordi est levamen aliquod a labore filiorum accipere, ultro-constituuntur. Dicere nolle, sed numquid, si tacuero, res minus certa erit? Illie limosa palus, coenosaque flumina, quibus aurea, quaeque et quamvis, indoles corruptitur. Quid si non aurea illuc incident? Quid si iam mala et corrupta? Pessima fiet. Et quid autem inesse animo adolescentuli laborantis, cui quaque hebdomada merces laborum suorum ad patrem ferenda est? Quid vero si patrem viderit vino, ludo suas et filiorum mercedes dissipantem? Odium odio cumulabit, de rapina arguet, praesertim si frequentes domi cum uxore miserilites? Quid, si aliena erit patri mulier? Quid si e coniugis domicilio vel reiecta, vel fugiens puerorum mater? Quid si, quotidiana inter iurgia, filii maledicta, turpia, obscene, sacrilega verba didicerint? Patris nomen, vox, recordatio omnium horum pariter recordationem ciebunt. Quid quaeramus auctoritatis in patre, cuius auctoritas non imminuta, sed penitus deleta creditur haec de causa necesse sit? — At est asylum, cui pueri; sunt scholæ.... — Nemo sibi fucum faciat. Sanctum asylum!; sed paterna domus non est; et haec asylo sanctior esse deberet. Optima in scholis mansio; sed ambitus paternæ domus longe praestat. Experto credite: quidquid scholæ adstruunt inutile est, nisi paterna domus illud firmarit; equid autem erit si exemplo, suasu domesticorum sermonum et domestici exempli, quidquid molitae sint scholæ, domi subruatur? Et speramus asylo, et speramus restaurandam schola societatem domesticam ruentem? Societas domestica, domi, non alibi, restauranda est. Superextruitur ipsi tota res publica; at fundamentum fundamine ab imo reficitur, non a pariete. Semel autem imbuta malis generatio deteriore progeniem excitat;

labimur enim suapte in peius, proni et proclives in vitia:

*Dannosa quid non immisit dies?
Actas parentum peior avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem ritiosiorem (1).*

★

Ex iis, quae summo calamo innui, patet imminutionem auctoritatis paternae a vitiis paternis oriri, oriri a negligentia educateandae sibi, oriri a deficiencia moris, et religionis in patre. Saepe pauperies, saepe labor improbus, aliquid excusationis praeferre videntur, sed excusationis inanis: nam qui festi dies in cauponis, in ebrietatibus aguntur, in educandis liberis rectius impenderent; colloquia denique familiaria, domestica, seu festi sint dies, seu minus, non video qua de causa esse debeant magisteria viforum. Haec autem in vulgo, in pauperibus. Eequid autem de patribus, quibus commoda sint, eequid de matribus, qui utriusque spectaculo viforum suorum eoram filiis vel pueris vilescent? Eequa auctoritas contemptu dignis?

Qui ergo patres de imminuta auctoritate sua quaeruntur, antea quam longius querimonia protrahant, semetipsos considerent, oro, videantque utrum sibi huius imminutionis causa, vel aliis adscribenda sit. Si earuerint omni flagitio; si liberi eorum nihil patri matrique reddiderint, quod a parentibus non excepirent; si avum, si aviam veneratos aspexerint a patre, et illo in honore habitos, quem filios erga parentes deceperint: si de Deo, de uxore, de patria, de amicis, de civibus semper caste, pie, recteque eterque locuti sint; si exemplum virtutum, abstinentiae, longanimitatis, probitatis semet in omnibus exhibuerint, liberosque ita secum curaverint, uti curare oportet hortum desiderabilibus fructibus affluentem, atque ita circumspicienti prudentia vallaverint, muniverint, ne raptor, ne bestia vel populetur, vel conterat semel ingrediens, tunc sibi plaudant; et anquirant utrum potius haec imminutio auctoritatis paternae, perversae, improbae ex ortu indoli filiorum suorum, an civilis afflatui societatis, in qua vivimus, sit tribuenda.

SENIOR.

DE SYNESIO SCRIPTORE.

SYNESIUS, graecus scriptor, ex gentili philosopho christianus, et Ptolemaidensis in Libye Pentapoli episcopus factus, litterarum laude non minima floruit, et adhuc floret, ut ex multorum testimonio compertum est. Is quidem Cyrenem patriam habuit, urbem olim Pentapoletos caput, « graecam civitatem, – ut ipse ait (2), – antiquam et venerabile nomen, infinitis olim doctorum celebratam carminibus ». Ferunt enim illam a Laedaeemonio Battō (a quo Synesius maiores suos ortum accepisse gloriatur) amplius DC ann. ante Christum conditam esse; eius vero duees ludis Olympieis victores Pindarus celebravit, ipsique nomen illustre fecere et Aristippus, et

(1) HORAT, lib. III, od. XI.
(2) *Oratio de Regno.*

Carneades, et Antipater philosophi, et Callimachus poeta, et Eratosthenes geographus.

Verum quo tempore Synesium genuit (conjectura est probabilissima eum natum esse circa annum CCCLXX) fortuna utebat omnia sinistra, adeo ut Synesius, coram Areadio pro sua civitate verba faciens, his verbis eius miseram conditionem depingeret: « pauper et humilis, ingentiaque ac deserta rudera » (1). Quin imo tota provincia Libye in eo erat ut penitus deleretur, tum frequentibus barbarorum inursionibus, tum maxime eorum, qui huic provinciae praeficiebantur inseitia, incuria et crudelitate.

Mihi quidem in animo non est totam huius viri vitam oculis lectorum subiicere; verumtamen, quoniam de eius operibus sum dieturus, non alienum fore puto si vitae illius summam praemisero, quo memoria refrietur, faciliusque intelligantur quae sequentur.

Synesius Alexandriae primus, Hypatia magistra, deinde Athenis philosophiae quam diligentissime vacavit, atque ex illa praedclarum nomen sibi apud aequales fecit. Cum autem in patriam reversus ibi vitam omnem, ipso teste (2), in libris et venatione consumeret, iucunda haec negotia interrumpere coactus est. Cives enim, quorum amorem admirationemque sibi conciliaverat, eum dignum iudicarunt qui suo nomine imperatorem Arcadium adiret, opem et auxilium petiturus, quo calamitatibus innumeris oppressa civitas et tota provincia maxime indigebat. Qua in legatione, an. CCCXCVII suscepta, se et amantissimum patriae, et libertatis virtutisque vindicem impavidum exhibuit. Nam et pro patria (verba sunt ipsius Synesii, hymno III) « per triennium tulit labores, tulit cruciatum valde lacrymabiles, humeris sustinens matrem patriam; et pro libertate atque virtute orationem apud Arcadium habuit, qua non patrias res tantum commendavit, sed et reetam regni administrationem delineavit, corruptosque aulae mores, fastumque et luxum castigavit, atque invidiam illius temporis et ultius reipublicae, non strictim ac pendente manu, sed scalpello altius impresso curare aggressus est. Res quippe publica, in primis quod omnia Gothis barbaris permissa tunc erant, in exitium inclinabat. Hinc, neque illorum consortium ferant Romani, monet Synesius, neque quidquid barbari est, quolibet in ordine admittant suadet (3). Hac in oratione tantum audaciea prae se tulit, ut merito asseverare potuerit (4), neminem unquam Graecorum tanta cum andacia apud principem verba fecisse.

Quem fructum ex hac legatione Pentapolis asseverata sit, si Synesio credimus, multus quidem fuit: si rerum Libyaeum historiam consideramus, nullus. Nam, e legatione rediens Synesius, invenit patriam barbaris vastantibus plenam, quibus fortiter resistendi ipse auctor fuit, non consilio modo, sed et exemplo, ut ex eius epistola CXIII. constat: « Recta, – inquit, – in hostes eundum est... Pugnabo enim tamquam moriturus, nec dubito quin superstes futurus sim. A Lacedaemonis ortum duco, et magistratum ad Leonidam litteras probe teneo:

(1) *Ibid.*
(2) In lib. II *De insomnis.*
(3) In oratione *de Regno.*
(4) Lib. *De Insomniis.*

tamquam illico morituri dimicent, et non morientur ».

Hostibus virtute potius civium quam opera duecum propulsis, in solitudinem secessit Synesius, optimam, – ut ait, – ad philosophandum adiutricem. Ibi, studiis philosophiae ceterarumque artium rustica opera, levaminis causa, intermisca, vitam degebat voluptatis sinecuae plenam, quam in suo libro *Dion* inscripto summopere commendat.

Verum mox otium illud litterarum perfurbari coeptum est, maxime, ut videtur, quod cerneret patriam malis quibusdam civibus iniuriouse tractari. Migravit ergo Alexandriam (ineunte anno CDIX) fortunatissimum se existimans quod interclusum sibi esset cum omnibus illis commercium. Sed sibi temperare non potest quin Cyrenes illustre solum deploret, quod Carnaeadae olim habebant et Aristippi; nunc autem Ioannes et Iulii (quidem e malorum illorum civium numero), quibusnum, – ait, – opportune non vivens, opportune peregrinor (1). Alexandriae biennio commoratus, ibidem uxorem duxit, quam saera Theophili episcopi Alexandrini manu datam asseverat (2).

Elapsa hoc biennio Cyrenem remigravit, non iam ibi litterario fruitur otio, sed militem potius acturus pro liberis, pro uxore, pro patribus sedibus. Nam cum Cerealius, cupidus et ignavus vir, provinciam pessime administraret, barbari inde Pentapolim invadendi occasionem arripuerunt, totiusque regionis sine certamine fere potiti sunt, iis omnibus pecudum more iugulatis, qui ad munita loca non confugissent.

Qua in misera patriae sorte, ipsa Cyrene obsessa, Synesius fortissimi et prudentissimi ducis personam gessit. Namque et eives quosdam strenuos (milites quippe ignavi, duxque eorum Cerealius ab hostibus reprimendis abstinebant) in hostes dueundos, arma machinasque ad iaculandos lapides fabricandas, areus eodem, spicula comparanda curabat; quinimo, ipse salutis omnium invigilans, primo statim diluculo, quam fieri longissime poterat, obQUITABAT, auribus atque oculis de hostibus atque latronibus illis quae poterat inquisiturus.

Sie contra hostes dimicandum fuit ad an. circiter CDIX, quo, hostibus iterum virtute ciuium fugatis, pax Cyrenaicae provinciae redditia est. Verum quod Synesius his temporibus operae ac studii patriae navaverat, ipsi maiorem aeque illa qua iam fruebatur, existimationem conciliavit, idque apud omnes non gentiles modo, sed etiam christianos. Cuius rei mox indicium habuit quum omnium christianorum suffragiis est expeditus, ut in demortui episcopi Ptolemaidensis locum succederet, exente anno CDIX, aut non multo post.

Cui suscipiendo muneri quantum reluctatus fuerit ex pluribus illius epistolis patet. Quanta vero prudentia et fortitudine fuerit in rebus ecclesiasticis tractandis, quantaque constantia et robore viro pessimo. Andronico, Pentapolitanae provinciae praefecto, obstiterit, omitto referre: omnes enim id norunt, qui aut eius scripta legerint, aut rerum ecclesiasticarum historiam didicerint.

(1) *Epist. L.*
(2) *Epist. CV.*

Quamdiu in mortem obierit, anno CDIX, nullus vestigium produxeret; tempore Synesii possimus. Imo illius aetatis, quae rānt. Solum ex vita certo possit cognoscetur si ei illustrata fuerint, humanissime lector possum habens uterarumque laude locum christianos tres vocant, tener

DE ARTIBUS

ECCUR dum physis syriis, Chaldaicas et Graecas tensia, Punica sunt optimas Hebraeorum sunt penitus, vel causae potissimum natus falsa et rāferme indigna sunt diecio; inepta quippe in Sacris Libris teambagibusque obvios Mosaicos libros legi vini cultus et tabernacibus et pellibus a mea, ad opera acutus *Exodi* ad XL, et in aut *Regum* in IIII ubi prodigalia illa et opera enumerantur, quam leget; tanta agitur, singula enumera ritatis crimen, omnirritati repugnat. Quia ea rursus exstret architecto et opifici natur iter. Et obsecuntur, interfunduntur,

Altera praeteritorum hypereritiae percerit Biblicae inter fabulam, nisi centies prieiae et Maronianae gravissimo Tito Livio historicis relicta, Numquid ego refellam quos ad eurandos essent?

Facta sequor, aetadam periodos partim iura.

Quadrifarium Hebreum videtur. Prima ab Abraham, filium Thabit gentibus est per illam « Egressere de terra

Quamdiu in episcopatu vixerit, quo anno mortem obierit, id quemque, puto, latet. Ab anno CDXXXI, nullum eius scriptum reperimus, quod vestigium quodpiam praebeat vitae longius productae; neque quisquam est eorum qui tempore Synesii vixerunt, ex quo id discere possimus. Imo quam paucissimi sunt scriptores illius aetatis, qui huius viri mentionem inferant. Solum ex eius scriptis habemus, quo eius vita certo possit illustrari. Vir ergo planius cognoscetur si eius potiora saltem opera perlustrata fuerint. Quod cum praestare cupiam, humanissime lector, ad opus me accingo, id propositum habens ut inquiram quanam ingenii litterarumque laude dignus sit Synesius, et quem locum christianos inter scriptores, quos SS. Patres vocant, tenere mereatur.

I. LEMETTE.

DE ARTIBUS INGENUIS APUD HEBRAEOS.

ECCUR dum plurima saepe feruntur de Asyriis, Chaldaeis, Aegyptiis artibus (Romanas et Graecas praetereo), ecur dum Cretensis, Punica scrutamur, ea, quae ad artes optimas Hebraeorum pertinent, vel neglecta sunt penitus, vel ignorata? Duae adducuntur causae potissimum, quarum altera mihi penitus falsa et non idonea videtur, altera ferme indigna summorum virorum appetit iudicio; inepta quippe molitur. Dicitur earum in Sacris Libris tenebricosa descriptio rerum, ambagibusque obvoluta verborum. At si quis aut Mosaicos libros legerit, quibus vel minima divini cultus et tabernaculi describuntur a sudibus et pellibus ad aurea et argentea et gemmea, ad opera acus et lini, et byssi a cap. XXV *Exodi* ad XL, et integro fere in libro *Levitici*, aut *Regum* in III libro a cap. IV ad XII, ubi prodigalia illa Salomonis aedificia et opes et opera enumerantur, singula videbit potius, quam leget; tanta enim sollertia de singulis agitur, singula enumerantur! Hoc igitur obscuritatis crimen, omnino gratuitum, prorsus veritati repugnat. Quid? Quasi necessarium esset ea rursus exstruere, mensurae narrantur, ut architecto et opifici cuivis iterum faciendi sternatur iter. Et obscuritates et ambages praetexuntur, interseruntur?

Altera praeteritionis causa traditur sententia hypercritiae percerebrentis, qua narrationes Biblicae inter fabulas quasi amandantur, eodem, nisi centies peiori ausu, quo et Homericae et Maroniana traditiones, et vel ipsa, a gravissimo Tito Livio ceterisque huius generis historicis reliqua, monumenta existimantur. Numquid ego refellam, et contendam cum iis, quos ad curandos tres Anticyrae pares non essent?

Facta sequor, aetas Hebraeorum in quasdam periodos partior; ita quidem concordabimus iura.

¶

Quadrifariam Hebraeorum aetas dividenda videtur. Prima ab exordio gentis prodit per Abraham, filium Thare, qui segregatus a suis gentibus est per illa verba Numinis iubentis: « Egdere de terra tua et de cognatione tua

et de domo patris tui, et veni in terram, quam monstravero tibi, faciamque te in gentem magnam, et benedic tibi et magnificabo nomen tuum, erisque benedictus... atque in te benediceantur universae cognationes terrae » (1). Itaque tunc exoriri apparent Hebrei, cum Abram, qui postea Abraham, Deo iubente, appellatus est, ab Ur Chaldaeorum, una cum Lot nepote et uxore Sarai et cum omnibus, quae possidebat, scilicet servis, ancillis, armentis, opibus per Mesopotamiam in Chananitidem venit, habitavitque in convalle (seu: in sylva quercuum) excelsa ad Sichem. Qui quidem ex hoc quod flumen fluminum, flumen ingens, Euphratrem transierat, transmigratus in regiones Chanaan, dictus est *heber*; eiusque posteri *heberim* et per metathesim: *hebreim*; unde *hebrei*. Neque hoc mirandum, si tunc acciderit, quum etiam nunc apud nos passim transalpini et transmarini appellantur qui huiusmodi transmigrationis, vel huiusmodi loci causa sic appellandi videantur. Atque hoc etiam portendere verba illa, immo confirmare apparent, quae in Iosue lego (2): *me heber hanahar*, nempe « transfluvium habitaverunt Patres vestri », et iterum: « Et (Deus) accepit Patrem nostrum Abraham de transfluvium »; subintellige de regione trans-fluvium.

Nunc ergo, lectores, exspectare vos mihi videnti quid inde moliar ex hisce relatis. Brevia quidem, at certa. Erant Abraham omnes artes, in quibus excellebant Chaldae, Assyri, ceteraeque gentes regionum illarum ab India et Syria ad Aegyptum et Phoeniciam et Italiam, et Cretam, et Graeciam, quarum monumenta temporibus nostris effossione requiruntur. Omnes dixi artes; quot sunt intelligo, ad aera, ad marmora, ad ligna, ad colores; intelligo et doctrinam, ab astrorum et siderum perscrutationibus ad regimina fluviorum, ad distributiones aquarum, ad aedificia, ad naves. Quae homines arant, quae navigant, quae aedificant, menti humanae omnia parent, qua comparantur. Homines autem ubique eadem sollertia sunt, eadem industria, nec sponte ab acquisitis bonis receidunt.

Ergone Abrahami domui fabrilia fabrique derant? Hominem armentarium istane decebant? Quis credet sermoni, auditui nostro quis credet? Atqui credit historiae, nec sibi facile suadeat, quae sunt contra evidentiam. Nam saepius in libro eodem de Abraham legitimus qui, peragaret vel staret, altaria Deo, ubi consistebat, aedificabat (3). Haec in Sichem, haec in monte Bethel, haec in convalle Mambre. Quomodo, queso, sine arte ulla aedificantur altaria, ut ibi coram populo nomen Domini solemniter invocetur? Adde modo quod de Abraham dicatur: « Erat autem dives valde in possessione auri et argenti »; ille Abraham; de quo pariter asseritur: « Fuerunt ei oves, et boves, et asini, et servi et famuli, et asinae et camelii » (4).

Sed maiora nos manent ut in tabernaculis Abrahae artes esse, nec ignobiles confiteamur. Quum enim quatuor reges, scilicet Chodolahomor Elamitarum (de Perside et Armenia agitur), Thadal Gentium Palaestinarum, Amraphel Sennaar (hoc est Arabum), Arioach Elassar,

(scilicet Rex Ponti) (1), bello lassiti a regibus Gomorrhæ, Sodomorum, Adamae, Seboim, et Bale seu Segor, a proeliis et praedationibus onusti spoliis reverterentur, ita hos perculere horribili pugna, ut late, profligatis hostibus, eorum regna, urbes, agros popularentur, vastarent, opes diriperent, populos raperent in servitutem; hos inter et Lot Abrahami nepotem ex patre, « et omrem substantiam eius » abstulerunt. Cuius cladis accepto nuncio, ut capto nepoti suo esset auxilio « numeravit Abraham expeditos vernaculos suos trecentos decem et octo, et persequuntus est (victores) usque Dan. Et... irruit super eos nocte, percutitque eos, et persecutus est eos usque Hobæ, quæ est ad laevam Damasci; reduxitque omnem substantiam illius, mulieres quoque et populum... ». Qua parta victoria, quam grati animi causa rex Sodomorum Abraham dixisset, ut redderet sibi populum, praedam autem omnem, quam recuperaverat ab hostibus, praeterea que omnia sibi hostium spolia iure optimo haberet, Abraham respondit: « Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum, possessorem caeli et terræ, quod, a filo subtegminis usque ad corrigiam caligae, non accipiam ex omnibus quae tua sunt, ne dieas: Ego ditavi Abraham! ».

Tria inde apparent: primum, Abrahamo esse tam populum vernarum, ut ab ipso trecentos septem et octo bellatores puncto temporis posset eligere, efferre: secundo, arma, et quae ad armorum usum pertinerent, apud eum in promptu esse, et ad manus haberi; tertio, tantis Abramum esse opibus, tanta rerum omnium abundantia valere, et suapte valere, ut ne hilum quidem, aut filum a quovis voluerit accipere, ne quis esset, qui de ditato Abraham gloriaretur. Ab iis, quos adduxit, facile relictorum vernarum numerum arguere licet; non enim tabernaculum, greges, armenta, pastores, ancillas, pueros, senes, uxorem indefensos potuit relinquere. Itaque qui tot viros, tot arma, scuta, loricas, cassides, divitias videmus, iure affirmamus fuisse cum illo, et apud illum, qui talia conficerent artifices, et opifices. Propriam denique illi pecuniam, et notatam eius nomine fuisse scimus, nam praeterquamquod « erant viri domus illius tam vernaculi, quam emptitii, et alienigenæ » (2): praeterquamquod divitiae a rege Abimelech datae superaccesserant, qui « oves, boves, servos, et ancillas donaverat, et mille insuper argenteos Saræ » (3), ut velo sibi vultum nuberet, quo nupta viro imotesceret; praeterquamquod, more regum, foedus Abraham cum regibus pepigit orantibus et rogantibus: « Iura per Deum ne noceas mihi et posteris meis stirpique meae, sed iuxta misericordiam, quam feci tibi, facies mihi et terræ, in qua versatus es advena » (4), et Hethei illum appellant: « Audi nos, domine, princeps Dei et apud nos » (5); ubi Abraham solemniter ab Ephron, qui habitabat in medio filiorum Heth, agrum emit et speluncam respicentem in Mambre: « appendit pecuniam, quam Ephron postulaverat, audientibus filiis Heth, quadringtonos siclos probatae monetae publicae » (6). Itaque patet

(1) Gen., c. XIV ex integro. — (2) Gen., c. XVII, 27. — (3) Gen., c. XX, 14 et seqq. — (4) Gen., XXI, 28. — (5) Gen., c. XXIII, 6. — (6) Ibid., 16.

(7) Gen., c. XII, 7-8; c. XIII, 4; ibid., 18. — (8) Gen., c. XII, 16.

quod esset Abrahamo privata moneta, quam posset solvere, quia notatur solvisse probatam et publicam homo, enī « Dominus benedixit valde, magnificatusque est, et dedit ei oves et boves, argentum et aurum, servos et ancillas, camelos et asinos. » (1), homo, cui, quaerenti per Eliezer sponsam filii, non grave fuit dona mittere regia; legimus enim quod Eliezer « prolati vasis argenteis et aureis, ac vestibus, dedit ea Rebeccae pro munere, fratribus quoque eius et matri dona obtulit. (2) ». Nisi ergo quis probaverit haec omnia alibi dolata, caelata, nos, dato viro Principe, apud domum et domesticos eius facta censemus.

En igitur artium optimarum apud Hebraeos origo in ipso gentis exordio; ad ea, quae sequentur, Iosephi Flavii Hebraei *De antiquitatibus Iudaicis* auctoritas accedit, maximi, post Sacros Libros, in rebus hisce facienda.

H. DE VECCHI PIERALICE.

DE MUSICO GENERE

QUOD « ORATORIUM » NUNCUPATUR. (3)

TERTIUM musicæ sacrae genus a primo et altero maxime dissidens, quem ad liturgiam, sive ad religionis ritus non pertineat, est quod dramata sacra præbet musicis modis vivificata, ac proinde dramaticum appellatur. Id genus musicæ, quae S. Philippo Neri, ut mox dieamus, debetur, a decimo sexto saeculo labente ad medium nonum per plures viros suavissima sonitum arte pollentes enucleatus evoluta atque ad summos perfectionis gradus evecta, neglecta postea visa est ac pene obliterata: quum tandem nostris hisce diebus a Laurentio Perosio sacerdote, novis virtutibus ac venustatibus aucta exornataque, ad novam excitata est vitam. Huic musicæ nomen est « oratorium » ex proximo ecclesiae orandi loco, ubi S. Philippus primitias, ut ita dieam, ac rudimenta huiusmodi cantus a pueris in unum collectis arribus accipienda curavit, ut eorum animum ad cœlestia contemplanda extolleret eundemque oblectaretur. Qui id genus cantus, « laudes spirituales » vulgo appellatos, ad pueros recreandos confeerunt, primi nobis occurserunt per insignes musicæ magistri Ioannes Anmuccia et Petrus Aloisius Praenestinus, quibus magna fuit eum S. Philippo Neri vitae coniunctio. Horum musicorum vestigiis inhaerens, sed tum ampliore evolutione, tum forma quædam dramatica ulterius progressus. Aemilius eui « Del Cavaliere » cognomen datur, primum composuit oratorium, quod inscribitur: *Animus et corpus in ludis scenicis ob oculos spectantium posita.*

Multæ eaedemque insignes sunt huius oratoriæ musicæ virtutes; sed non pauca, neque levis momenti vitia, ex quibus potissima haec duo, videlicet allegoriae atque abstractionis abusus, itemque dramaticæ vis defectus; quippe eum personarum munere fungantur humanum corpus, humanus animus, intellectus, consilium, voluptas una cum vitae liberae illecebri, angelus custos, beati cœli spiritus, et animi in-

(1) Gen., XXIV, 35. — (2) Ibid., 58.
(3) Cfr. an. VI, num. XI, XIII, XIV.

feris damnati; seenae autem actusque quibus constet oratorium, dramatis speciem vix præferant, sed vi dramatica minime pervadantur, neque inter se intime sociantur. Actuum primus humanum animam acrumnis exagitatum; alter triumphum ab humano animo de voluntate illecebriusque vitae liberae deportatum; tertius denique inferorum Superorumque spectaculum atque humani animi in beatorum sede gloriam spectatoribus præbet. Huic per symbola exprimendi cogitata et acta rationi non leviter adversari videntur eura et studium, quibus auctor vestes, ornamenta, choreas, ac cetera prosequitur, quae oculis præsertim accipiuntur, quæque ad theatri attinent spectacula. Id sane in nos sui admirationem minime coṇiicit, si animadverterimus oratorium principio musicum opus, infausto auspicio, reapse fuisse atque in theatris aliquo tempore actum esse; postea vero, ut mox dicemus, ex profano loco prohibitum, scenarum spectaculo personarumque fictis vestibus sepositis, in templis vel in aulis ad id designatis, ut in præsenti videre est, ad audiendum exhibitum esse.

Huius primi oratori exemplar vitiis, ut diuinus, infectum non pauci sonitum artis cultores imitandum suscepere, qui tum allegoriae abstractionisque abuso, tum theatalis spectaculi apparatus ac pompa præter modum peccarunt, adeo ut quinquaginta circiter annis hoc genus musicæ sacrae in pravam processerit viam.

Sed provido Dei consilio factum est ut excellētissimus musicus floret Iacobus Carissimus, qui oratorium in rectum reductum novis locupletaret venustatibus. Atque in primis, ut par erat, ex profano scenarum spectaculo illud subductum purius reddidit; veras personas abstractis, sive iis, quae mente percipiuntur, sufficit in dramaticis; haec autem ita confiencia curavit, ut auditoribus sua vesant vehementes animi motus potius excitarent, quam sapienter dieta præberent meditanda; uno verbo allegoria expuneta, verum drama musicis numeris vivificandum suscepit.

Carissimana musicæ, quae vi dramatica maxime pollet, tria potissima exhibet notanda: nam mysticam polyphoniam ad præcepta Petri Aloisii Praenestini suaviter redolat, et musicam narrationem, cui italicæ nomen *recitatio*, iam amplissime evolutam præbet atque perfectam; his autem duabus virtutibus in eundum melos initiis nascens mirabilis vineulo sociatur.

Praeterea nostri postrema permagni momenti in sonita arte a Claudio Monteverde cremonensi exegitata primus in oratori usum deduxit: lectores enim non fugit totam ferme musicam cum sacram, tum profanam, ante per insignes Cremonensis inventum, in antiquis tonis positam fuisse, proindeque omnes cantus ad genus diatonicum pertinuisse. At vero musicus, quem memoravimus, novos tonos — (id est « genus chromaticum », quod aliquot ante annos iam leviter attigerat Nicolaus ex natali loco Vicentinus appellatus) — felici ausu perspexit detexitque; quo factum est ut latissima patet via ad novos eosdemque ineundiores musicos modos inveniendos, perfectionisque in dies ad attingendum in hac arte fastigium.

Quum itaque Iacobus Carissimus in oratorio iam in rectum reducto novas venustates antiquis virtutibus mirum in modum sociaverit, parens iure merito habendus est huiusmodi musicæ saecæ, quæ a Georgio Friderico Händel ampliore adhuc evolutione perfectioneque, ut erit dicendum, postea donata, in causa fuit, ut hodiernum prodiret oratorium.

Carissimianis ex oratoriis quatuor potissimum singulari laude digna existimantur, quibus titulus: *Sacrificium Iefte; Salomonis iudicium; Iona et Balthassar.* In *Salomonis iudicio* exquisitissima nitet arte snique in audientes coniicit admirationem musicæ narratio, quæ inscribitur: « Verae matris de filio sibi dolo subdueto ad Solymorum regem querela ».

Iis, qui in causa fuerunt, ut oratorium magis magisque augeretur virtutibus, Henricum Schütz, germanæ musicæ parentem, iure meritoque adiungendum existimamus. Is enim, quamvis oratoria confiencia non suscepit, quamplurima tamen musicæ sacrae scriptis opera, uti *psalmi, sacrae symphoniae, spirituales concentus, passiones* et cetera id genus, ex quibus pleno hausu Bachius, Händelius et Mendelssonius hauserunt, quorum opera, ut infra videbatur, oratorium quam maxime auctum perfectumque esse accepimus. Polyphonia præcipua virtus est Schützii operum, postremorum præsertim, quæ auditoribus sensus pietatis in Deum excitare, et quasi preces suadere videntur.

Ex eius exquisitoribus scriptis illud potissimum commendatur, cui titulus: *Paschæ dia-logus.*

(Ad proximum numerum).

HERSILUS.

RUSSORUM POPULARE THEATRUM.

ADVENAE perpauci sunt qui Petropoli disseant, antequam plebis aulas — *Narodni Dvorets* ibi appellant, — lustraverit, quas Nicolaus II Caesar abhinc annos duos opificebus posuit.

Sex eivium millia inibi continentur: theatrum est, coenaculum, bibliotheca; pertranseunt ob-stupescunt in patria civitate plebeias aedes melius florescere quam Londini aut Berolini contingat.

Attamen non heic primum patuit populo theatrum, sed conatus diu præcesserunt plurimi, præsertim decimoquinto abhinc anno, ea mente ut nobile oblectamentum pauperibus ultro pararetur. Exemplum reliqui Russi ita sequuntur, ut ducentæ iam huiusmodi aedes sint per urbes maximas Varsaviae, Odessae, Moscoviae. Miranda haec in populo, quæ neque sua ambulaera, neque lusorias domus, neque athenea sibi, neque bibliothecas vel doctorum lectiones in plebis utilitatem habeat. At fallitur quisquis ex diariorum milesiis fabulis eredit, Russos quasi barbaris viventes moribus, nullo litterarum cultu pollere, uno metu virgarum aut securium in officio contineri. Quin etiam, si res non verba spectemus, progredi Russi tuto pede cum ceteris Europæ populis dieundi sunt. Nonne sodalicia pueris erudiendis, alendis ege-

nis ad virginem aere nobilem patent?

Theatra vero maxima impensis paucis abhinc batur, opifice redire ad oppugnitis inebris tum eorum cœlum aequabat, ita praeter potum.

Melius in madarium enim chorales concertes recipiebant, non ferias rigidas ut tollerentur, ponere, quæ anno MDCCCLXII hos barbaros! urbe officinae prope machina exemplum postea urbs Lutetia simo pretio primum Tomsili sodalium cantur. Qui pueris doctrinæ auctoris, aedes et theatrum pro frequens eueni ampliari brevi et ludos peripetias.

Petropoli si Neva flumine dividitur, atque aero aucto, theatrum ita ut legionem autem sodalicium theca collecta et pecunia iam in scaphas paratur. Verumtamen Lutetia municipum, sive Ea enim est eorum illustris theca, aut ludis adeundis in publico celebrent, que Puschin poetarum deinde per ordinem laude videtur thodii, Slavorum floruit, ludis et cœlum plebem etantibus non eam.

Curionibus sive civiles vel sodalites hisce modis inceptus floruerunt, rumque lucubrantes ut, canentes non eam.

De Vitie illius

sobrietatis sodalites

ut ad huius

bus adiuvarent

tum sumendum

quæ maximo

rius in oratorio
novas venustates an-
n modum sociaverit,
endus est huiusmodi
eorgio Friderico Hän-
tatione perfectioneque,
donata, in causa fuit,
atorum.
is quatuor potissimum
stimentur, quibus ti-
Salomonis iudicium;
Salomonis iudicio ex-
que in audientes co-
ea narratio, quae in-
de filio sibi dolo sub-
em querela».
nt, ut oratorium ma-
virtutibus, Henricum
e parentem, iure me-
xistimus. Is enim,
enda non suscepit,
siae sacrae scripsit
symphoniae, spiritua-
et cetera id genus, ex
chius, Händelius et
t, quorum opera, ut
rium quam maxime
sse accepimus. Poly-
est Schützii operum,
quae auditoribus sen-
titare, et quasi preces
scriptis illud potissi-
titulus: *Paschae dia-*

HERSILUS.

ARE THEATRUM.

at qui Petropoli disce-
bis aulas – *Narodni*
lustraverit, quas Nico-
nnos duos opificibus

continentur: theatrum
ea; pertransentes ob-
litate plebeias aedes
Londini aut Berolini

in patuit populo thea-
traecesserunt plurimi,
bline anno, ea mente
pauperibus ulti pa-
ni Russi ita sequuti
uiusmodi aedes sint
viae, Odessae, Mosco-
pulo, quae neque sua
domus, neque athe-
cas vel doctorum le-
na habeat. At fallitur
esiis fabulis credat,
entes moribus, nullo
uno metu virgarum
ntineri. Quin etiam,

progreedi Russi tuto
populis dicendi sunt.
diendis, alendis ege-

nis ad viginti millia excrevere? Nonne munici-
pum aere nosocomia, brephotrophia, ludi puer-
iles patent?

Theatra vero, de quibus loquimur, popularia
maximae imperii urbes primitus videre: nam
paucis abhinc annis urbana plebs rara numeratur,
opificesque omnes rusticani dominica die
redire ad oppida finitima gaudebant, vel potibus
ignitis inebrati iacere per vias: vix enim pre-
mium eorum operis quotidianum libellam unam
aequabat, ita ut oblectamentum emere nullum,
praeter potum, liceret.

Melius in oppidis se res habebant; hebdomadarium enim opus gymnicie rusticani ludi, vel
chorales concentus, ubique memoria recepti, in-
tercipiebant. At hieme saeviente, non hymnos,
non ferias rigida glaciei facies ferebat. Quae
ut tollerentur, placuit multis theatra pro egenis
ponere, quae tenui pretio paterent. At iam ab
anno MDCL, (vide quam vetusta sit res apud
hos barbaros!) Volkhoff quidam Iaroslavensi in
urbe officinae dominus suis operariis condidit,
prope machinarum aulam, seenam, quod mox
exemplum complurimi imitati fuere. Moscova
postea urbs habuit theatrum omnibus tenuissimo
pretio patens; non ita tamen venale, ut
primum Tomskii in Siberia urbe contigit, con-
silio sodalium, qui « eruditio amici » vo-
cantur. Qui elargiti diu pauperibus stipem,
pueris doctrinam, liberalitate Valgunoff merita-
toris, aedes condidere studiis alendis, quibus
theatrum pro opificibus est additum. Quo adeo
frequens eucurrit plebs, ut, ingenti lucro capto,
ampliari brevi aulam oportuerit, atque musea
et ludos peripatheticos superaddi.

Petropoli simile aliiquid fecerunt sodales a
Neva flumine dicti in horto prope Schlüsselburg
viam, atque anno MDCCCXCVII, pariter aere
aueto, theatrum impendio gravissimo auctum est,
ita ut legionem integrum comode exciperet. Res
autem sodalicii ita prospere cessere, ut et bibliotheca
collecta sit, et legentium aulae paratae,
et pecunia iam superfluerit in plebeia balnea,
in scaphas paucis nummis locandas eroganda.
Verumtamen horum theatrorum pleraque sive
municipum, sive privatorum ausu condita sunt.
Ea enim est curionibus Russis consuetudo, ut vi-
rorum illustrium anniversarium diem aut bibliothecis,
aut ludis, aut etiam cauponis tenui pretio
adeundis in publicam utilitatem constitutis con-
celebrent, quemadmodum a. MDCCCLXXXIX
Puschin poetae die natali post saeculum re-
deunte per omnem Russiam cautum optima
cum laude vidimus. Odessae pariter in S. Methodii,
Slavorum apostoli, memoriam academia
floruit, ludis et theatro additis, quae in edu-
candam plebem incredibili fortuna profuere.

Curionibus subveniunt nonnumquam privati
cives vel sodalicia sobrietati tuendae coacti:
hiisce modis in pluribus civitatibus similes in-
ceptus floruere. Sunt circa theatra hortuli ple-
rumque lucique amoeni, seenam palam ha-
bentes ut, canicularibus diebus, apta arena spe-
ctantes non careant.

De Vitte ille administer, qui a. MDCCCXCIV
sobrietatis sodalicia posuit, haec hortatus est,
ut ad huiusmodi theatra ponenda pro viri-
bus adiuvarent, adiectis cauponis ad *thea* po-
tum sumendum aptis, conditisque bibliothecis,
quae maximo fructu late tentata sunt. Nam,

AD
COLVMNAM TRAIANAM

*Eminus crescens velut arbor alta,
Arva quae vincit populata large,
Flebiles inter Latii ruinas
Ecce columna!*

*Ecce longaeris veneranda saeclis,
Quam simul ridit peregrinus hospes,
Gaudio exultans patrio, susurrat:
Ulpia salve!*

*Dulce tu nomen patriae remotae
Orbis extremas canis usque ad oras,
Cara tu longe patriae sacrata
Surgis imago.*

*Te Upius vicit posuit tropaeum,
Fata tu hinc vivis memorare nostra
Gloriam servans celebrem parentum
Corpo sancto.*

*Daciae apparent lacrymosa bella,
Hinc movet diras Agathysus iras,
Acri ter Romae hinc properant manipli
Caesare rege.*

*Iam parant leto scythico coruseae
Ulpio claros aquilae triumphos,
Iam nova ex bello generatur almae
Filia Romae.*

*Quippe Traiano duce iam Quiritum
Carpathi campos habitant penates,
Atque romanum patiuntur area
Dacia aratum.*

*Inde ad extremas orientis oras
Crescit invicta soboles nepotum,
Inde romoenae generosa gentis
Nomina nostrae.*

*Horrida exsurgens subito procella
Nos quidem saecis agitavit austris;
Barbaram longos rabiem per annos
Undique passi,*

*Vivimus tandem tamen et valentes
Strenue obstamus, nova dum minaces
Funera et clades meditantur hostes
Tollere circum.*

*Sive romeno dederit merenti
Nobiles palmas moderator altus,
Sive perfracti numero ruemus
Pondere magno,
Sospes aeterne maneat columna
Incliti Nerciae generisque nostri:
Omnibus terrae populis latinum
Praedicet ortum.*

Bucarestini.

HILDEBRANDUS FROLLO.

ut de Petropoli urbe tantum sermo sit, sodales
qui aedes populi Nicolao II dedicatas po-
suere, quinque iam theatra exstruunt bis cen-
ties centena millia libellarum in opus impen-
dentes. At in oppidis quoque, ne potu ignito
inebriantur rustici, valent theatra, quae iam
ubique eriguntur. Curiones passim id cavent,
sodales « a sobrietate » auxiliantur. Cives fa-
bulas agunt, cives spectant, sermone utentes
paganico, advenis, Russia tantum lingua cal-
lentibus, prorsus ignoto. Spectacula aut ingenua
nimis, aut ad extremum horrifica; actio lenta,
obvoluta, scena vel unica ac sine velario;
altera e dramatis personis conclusionis modo
spectantes hortatur, ne in omnis valetudinis
detrimentum nimium igniti potus ebibant; his-
que recitatis, peracta fabula est.

At sunt cives maiora ausi, qui et musica
organica et choros habent, et sua gentis praesertim
cantiunculis, plerumque tristibus, delectantur.
Patet aditus, prout diximus, pecunia maxime
tenui, obolis vix medio aut uno in oppidis;

Petropoli obolis duabus, aut quatuor. Verum
animadvertisendum ad theatra plebeiorum maxi-
ma et beneficos cives submittere auxilia, et
additas bibliothecas vel cauponas augere lu-
erum; minima vero eaque rusticana minori
pretio patere, cum in iis neque scenarii arti-
fices, neque actores mercedem operis accipiant
ullam, ita ut interdum liber quoque aditus et
gratiosus non desit.

Haec omnia retulimus, ut quis imitator exsur-
gat; non enim populis nostris minor necessitas
est sobrietatis tuendae, vel oblectamenta salu-
bria populo parandi, quam Russi senserint.

A. COSTAGGINI.

DIARIUM VATICANUM.

Mense Septembri an. MDCCCCIII, die 1 SS. D. N. co-
ram se admittit exercitum virum Iulium Droho-
beczky, episcopum Crisien. Ruthenorum; filios pa-
tres Felicem Fioretti, Clericorum Regularium Con-

gregationis a S. Paulo, vulgo « Barnabitarum » praeisdem, et Bernardum Majolo, « Minimorum » procuratorem generalem; praeterea nobilem mulierem Auroram Misiattelli marchionissam, eiusque filiam.

In aedibus Vaticanis habetur « congregatio ordinaria » SS. Rituum, in qua eis Patribus subicitur A) confirmatio cultus ab immemoribili tempore praestiti Servis Dei Ioanni Baptista a Fabriano, sacerdoti professo Ordinis Minorum, et Ioanni a Vercellis inter « magistros generales » Ordinis Praedicatorum sexto; B) declaratio casus excepti a decretis sa. me. Urbani PP. VIII atque concessio et approbatio lectionam « propriarum secundi nocturni » in honorem S. Iusti, monachi et martyris, urbis atque dioecesis Segusien. patroni; C) concessio et approbatio officiorum et elogiorum in « martyrologium » inducendorum pro aliquot sanctis viris ex Hibernia; D) item « eum Officio et Missa » in festo Patrocinii S. Vincentii de Paulis, Congregationis Missionum et Filiarum a Charitate conditoris, ac B. Petri Dunnoulin Borie, e Societate exterarum Missionum, pro dioecesi Tutelen. tantum; E) concessio et approbatio Officii et Missae in honorem B. Mariae Virginis sub titulo « Duleis Matris » pro dioecesi Boscodacene; F) iudicium de revisione scriptorum Servae Dei Adelaidis Cini, fundatrix « Instituti e S. Corde Iesu » in Urbe Melitensi; et Servi Dei Ludovici a Casauria, sacerdotis professi Ordinis Minorum et Fratrum Cinereorum a charitate nuncupatorum institutoris; G) nonnulla dubia « liturgica ».

6]

SATURIO.

Comoedia latinis versibus conscripta
et in tres actus distributa.

III.

CHREMES.

Dii vobis gratias ago quam maximas!
Tandem sum misera liber aegritudine;
Revixi! Restat unum, redeat Theuropides,
Et nullus me felicior posthac erit.
Hic autem graeculus fortassis adsolet
Prandere splendidis usque conviviis...⁽¹⁾
Iuvabit ergo forum coquum petere,
Quod rectius dicere furinum possies,
Enim tot fures coqui cum sient.
Volo Saturio redeat cum in patriam
Romanos dieat quoque pergraecari.

IV.

CHREMES et DINACIUM.

CH. (2) Exi hue, Dinacium.
DIN. Quid me vis, impera.
CH. Eundum mihi foras: velim culinarium
Observes oculis diligentissimis.
Sternito lectulos, verre totam domum,
Aedes ne pulvere insordescant, face
Sicut uno verbo cuncta perlucida.
DIN. Wade, vade, here mi, curabo sedulo
Hanc ergo spartam. Quiesce in utrumque oculum.
CH. Nunc de eibaris dicam per ordinem.
Sicut gustatio, cum patina piscesum,
Sicut et lumbi, vitulini et bubuli.
DIN. Quin addas turdos suo cum liquamine,
Perdices, anseres?⁽³⁾ Iste nam graeculus
Sejet Romanorum mores in prandiis.
CH. Addas velim turtures, addas luscineias
Turundam fecoris, cum vinis conditis.
DIN. (4) Erit pol consulis coena dignissima!
CH. Vado quietior: namque es frugis bonae,
Noster si dulcis venerit mox Calipho,
Eum laetitia vocari pervelim
In partem, verbis confidentissimis.
Nunc iussa ex ordine commendabo denuo.

(1) Colligit se, quasi aliquid meditans.
(2) Etata voce.
(3) Comica hilaritate.
(4) Cum pronuntiatione.

— die ii Pontificem adeunt eis vir Aloisius Macchi, Brevium a secretis; excus vii Paschalis Rubian, episcopus Amasen., et Franciscus Magani, episcopus Parmensis; vii P. Rans, Congregationis e SSmo. Redemptore rector, cum suis consiliariis; r. d. Francisca Vax de Costa, episcopi Goyasen. in Brasilia obsequia et S. Petri obulum afferens.

— die iii excus vii Hilarius Passerini, Adlectorum in Consilium Principis ad caussas rer. iudicat. dirimendas decanus; vii viri Iosephus Lais, Congregationi Philippinae, vulgo « de Oratorio » in Urbe praepositus, itemque alter a moderatore speculae Vaticanae; Franciscus Bartolucci, Congregationis Cleric. Reg. Ministrantium Infirmis Vicarius generalis cum suis consiliariis, atque P. Garelli, « Instituti a Charitate » procurator.

Ut benevolentiae et aestimationis suae testimonium clarissimo viro Iosepho Toiolo ex athenaeo Pisano redderet, Pius PP. X, capta occasione xxv diei anniversarii ab eius nuptiis, littera caelatamque sculptam gemmam ad eum mittit.

— die iv excipiuntur a Pontifice Purpurati Patres Seraphinus Vannutelli, Poenitentarius maximus, et Marius Mocenni, apostolicis aedibus praepositus, qui suos accessos coram deinde producit.

— die v vii Ioannes Prior, Urbanus antistes, alter a moderatore Collegii Beda.

Nomine Sanctissimi vulgatur decretum, quod sequitur:

URBIS ET ORBIS

Adventante anno quinquagesimo ab auspiciatisima die viii Decembris anni MDCCCLIV, qua in

DIN. Wade, nec dubita: recordabor omnium.

Tibi nam cuncta dicere, si perlubet.

CH. Vale, mi Dinacium, cura quae insseram (1).

V.

DINACIUM.

Abit in malam cruce! Loqui si sinas,
Semel non ipse dixerit aut iterum,
Verum sed decies, centies, sed millies.
Potes nunc vivere libere, Dinacium;
Quies nam nulla miseris est servulis,
Adsint si domini. Servitatem servio
Iam ego multis annis miser, sine mora
Est adlaborandum de mane ad vesperam (2).
Hoc faciendum, puer,... non... illud prius...
Peccas si leviter, fustibus ehu! vapules.
(3) At, at, hinc ni fallor, video hominem
Parvo ornatus: hue habet viam rectam. Quis est?
Contemplat, circumspicit... aedes noscitat...
Hem, vestibulum ingreditur: vidulum gerit.
Siet quis iste? Quid quaeritabit hec?
Accedit. Nolo me videat, post ianum
Me occultabo: faxo ut prius pulset foras (4).

VI.

GERULUS, postea DINACIUM.

GER. Videtur has aedes mihi pol hospitem
Monstrasse. (5) Quidni ipsae sient? Cogar denuo
Chremetis hac illae domum in urbe quaerere.
Ego lassus sum onere. Sed pulicare inbet foras,
An exeat qui me, utrum Chremes habet hic
Certum faciat, aut ubi sit mihi indicet.
Enim vos miserum me videtis gerulum,
Vitam qui vivito portando vidulos.
Hinc spero meum crescere marsupium,
Sed omnes video miser ocellus foras.
Pultabo, an quisquam veniat (6). Sed nullus
[quidem
Audit. Pultabo iterum, quantum vires valent.
(7) Aperite! ehu! vos aperite!

DIN. (8) Quis es? Quid quaeris hic?
Putas istas fore ne foras aeneas?

(1) Exit.

(2) Stimulans personam domini.

(3) Perspiciens Gerulum.

(4) Introreditur.

(5) Circumspicit.

(6) Pulsat.

(7) Multo cum strepitu.

(8) Accedit ad foras, sed nondum aperit.

maximo templo Vaticano de Immaculata Conceptione Beatae Marie Virginis dogmatica definitio a S. M. Pio Papa IX solemniter pronunciata fuit, ut huic iubilaei cursus in gloriam divini nominis, in eiusdem Deiparae Virginis honorem atque in fidei et pietatis inermentum verteret, Leo Papa XIII nuper vita funetus et felices recordationis, Commissionem ex quibusdam eis Patribus Cardinalibus compositam instituit, quae Fidelium cuiusque ordinis et coetus studia et opera ad hunc specialem finem dirigendo et provehendo prospiceret.

Nunc vero haec Sacrorum Purpuratorum Commissione sub novis faustisque auspiciis Sanctae Matris Ecclesiae caelesti Sponso et Capiti perenniter iunetae et post brevem viduitatis luctum altero visibili sponso et capite iucunde decoratae, communia complurium Pastorum et fideliuum vota humilesque preces Apostolicae Sedi reverenter porrexit. Quas a subscripto Saerae Rituum Congregationis Secretario relatas, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, pro eo quo erga Deiparam Virginem studio et amore flagrat, benignissime excipiens indulxit ut decurrente anno a proximo die festo Immaculatae Conceptionis B. M. V. computando, die octava eiusque mensis, vel iustis de causis, Dominicae eam immediate sequente, in Ecclesiis aut Oratoriis ubi, approbante loci Ordinario, quaedam exercitia pietatis sicut in honorem B. Mariae Virginis Immaculatae praeparatoria quinquageneris solemnis enunciateae dogmaticae definitionis, unica Missa votiva, sive cum cantu sive lecta, de ipsis Sanctissimae Virginis Immaculatae Conce-

ptione celebrari competunt Missa publica Ecclesiae. De Missis votivis cessa fuerunt M. prima feria sexta Decreti n. 3712 subsequentium Missa dicatur ectione, et dummodo maie classis aut quod festum ei Vigilia aut Octa lummudo commissae Missae votivae unica conclusionem.

Insuper ea lenitione; lene cumn'raliter concessio toris, praeter me die octava mens indultam, ceteris moratio Immaculatis ad instar tamen in omnibus Contrariis non

— die vi aditum l. viri Petrus Gonzaga traeus atque in

10] SELECTA EX B.
DE RECTA PRON.

De prima Ausonia
Diriduum Beta

Ideo « dividuum effertur be. Nam e solitariae sonum n. dicam, intra clausam, vocali est, quae ve aut Hebraei pluribus stri, qui unam omn. E enim praeposita praeposita in istis: etia his: BE·CE·B; tera quidem est; graecae illorum nos IX fo ut de argumento diuidum inter P et F dam impetu reclusum excipio Germanos rino, et Hispanos, et ad V digamma non placet bibere nimis, ut litterae nent. Quod pro G prisci, et est in lo tur: « Cum die cationem poscere, aribus paruerunt p bulis antiquissimis leges item: QUE et in lapidibus v POPLICUS, ac ta "braseam", a "p durus, nisi adspicatur Terentius S niam o'igo eorum potest. Graeci Ho rhum, antiqui no Item Poplicolam, billum dicunt... Natum, Delphenses βατεῖν et βαρύν pro Lipsi, excusem?

GER. Sopor te quidem nunc tenebat aeneus.

DIN. Sed mitte has rugas: potin' es mihi dicere, Cur huc adveneris, cui geras vidulum?

GER. Habet' heic graeculus, breviculus et varus, Canus, nigris oculis, et lippis paululum?

DIN. (1) Hic habet: quid hinc?

GER. Eum paucis pervelim.

Is nempe nuper istum dedit vidulum,
Largam pollicitus probe mercedulam.

DIN. Exspecta, vocabo hominem.

GER. Tu face, puer!

DIN. Darem libenter... Pueri Dinaci

Araneorum semper est plenus saceculus.

GER. Arcades ambo... seu pauperes. Nam facilius Aquam potes petra exhaustire pumice,
Nostris quam saceulis vel unum nummulum.

Nobis amia sors semper minus fuit.

Advoca sed graeculum.

DIN. Ad nos ultro venit.

VII.

SATURIO, DINACIUM et GERULUS.

SAT. (2) Ante foras eur istuc conciliabulum,

Quod vexat fessos homines itineris?

DIN. Hic gerulus tibi portavit vidulum,

Cui commisisti... Petit nunc mercedulam.

SAT. Portat hic vidulum, quem commisi antidihac?

Peream si numquam vidi ego hominem (3)!

Iuvat sed fingere lepidam fabulam.

Heic dolus forte malus reconditur.

Et ipsa graeco fonte super scriptio;

More composite graecorum vidulus.

Quis seit an intus scriptae sicut litterae

A Graecia ab ipso fratre Theuropide;

Quid si res diceret meis oppositas?

Placet sed mecum nunc tenere vidulum.

GER. Times quid? avidis quaeritas oculis?

Tuo signatus en annulo vidulus:

Injuriam facis. Sum hand furunculus.

Agedum: ne mora! dato mercedulam.

SAT. Dabo mercedem, dabo, sed in posterum...

GER. Dabis? Sed in posterum? Aetatum mihi dabis.

SAT. Reliqui in aedibus intro marsupium.

Quid istue est rei? De me diffidis, aedopol!

(Ad proximum numerum).

I. B. FRANCESIA.

(1) Exit subiralus.

(2) Suspiciosus circumspicit.

(3) Magna cum admiratione, et secum dictans.

Missionum a S. Corde Iesu Issoudunensis rectori, una cum r. p. Matthia Reyens, Novae Guineae Batavicae prefecto apostolico; denique rr. vv. Lorin et Veresi scriptoribus Mediolanensis diarii *L'Observatore Cattolico*. - Vespere, post receptum Venetum sodalitium in Urbe, SS. D. N. in Vaticanum cavaedium, cui a pinea nomen, descendit, ubi, auctrice Leonina sodalitate, ad trium millium numerum, urbani cives circa Vaticanum incolentes sunt congregati. Adsunt quoque Summi Pontificis sorores et neptis. Ab ovanti multitudine et concentibus symphoniacorum e Romana iuventute exceptus, teretem orationem ac paternae caritatis plenam populo habet.

— die xiv Pontificem invisunt riñi patres Caesarius Ciaramella, Congregationis monachorum S. Benedicti in Valle-Umbrosa primus abbas; Bernardus Maria e Iesu, Congregationi SS. Crucis et Passionis D. N. I. C. praepositus cum suis consiliariis; Gregorius a Iesu et Maria, Sodalium excalceatorum e Trinitate Augusta minister generalis cum sui Ordinis curia; Gregorius Palmieri ex Ordine S. Benedicti; denique Mauritius Cavalletti marchio cum uxore et liberis.

— die xv eximi viri Caesari Sambucetti, archiepiscopos Corinthi, Alfonso Mistrangelo, archiepiscopos Florentinus, Antonius Oberti, episcopus Saliutiarum, Franciscus Barbieri, Vicarius apostolicus Calpetanus; denique Iulianus Bersani eques torquatus, Hetrusci archiducis procurator.

Nobilis vir Carolus Serlupi-Crescenzi ut patri succedat in «Equisonis Maioris» officium confirmatur.

ACTUARIUS.

ANNALES.

Politicae morae — Balkanica res — Guilemi Caesaris iter Vindobonam — Anglorum administratorum dissensiones — Novi Mauritanorum incursum.

ALTERA huius Septembbris mensis pars politicum eventum magni momenti nullum obtulit; civilium rerum disciplina militari doctrinae locum cessit, quae ubique in simulatis bellis, quibus exterarum gentium legati adsunt, progressus anni sui specimen exhibuit, ostenditque maximos bellicos apparatus, praecepit enim rationis civilis auxilium, inimicis rubigine minime esse corruptos. Quamquam enim Amstelodamensis ille ecclésia, qui Russorum Caesare auctore est constitutus, non parvi subsidii fiat ad dirimenda disermina, quae varias inter nationes possint excitari, non est dubium quin prompta parataque servanda sint omnia, quae praesidium extremum ad cuiusque populi salutem sint constituta.

★

Huiusmodi politicae morae particeps quodammodo visa est Balkanica illa quaestio, nullam rem peculiari nota dignam praebens, praeter protestationem a Bulgaria factam ob nimias militias a Turcis ad fines suos collectas. Atqui si Turcarum officium, omnium consensu, id erat, ut seditionem, ubi palam fieret, reprimenter; si est probatum, quamvis invito Bulgarorum gubernio, seditionis manus fines transire, Turcarumque imperium invadere, non iniuria eantum est illas in ipso ingressu confineri. Oh utinam cohibitio haec una esset! Utinam eaeibus, incendiis, ruinis ex una et altera parte

temperetur! Hinc enim a Turcis, inde a Macedonibus passim talia adhuc perpetrantur!

★

Statum hunc luctuose perstantem considerant ne Guilelmus, Germanorum Caesar, et Franciscus Iosephus Austrorum, in colloquii, quae Vindobonae his diebus habuere? Quae quidem brevi post Eduardi, Anglorum regis, visitationem, ac non multo ante Nicolai, Russorum Imperatoris, iter pariter in Austrorum urbem caput, gravis quidem ponderis habita sunt. Certe Guilelmus hospiti propinans assuruit ex hisce novum incrementum Europae paci futurum, dum consensus, qui in singulis quaestionibus inter Germanos et Austro-Hungaros est, faciliorum reddit munus, quod horum imperium una cum Russorum suscepit, Balkanicae rei componendae.

★

Crisis, quam vulgo dicunt, inter Angliae administratos facta, ob quam Chamberlainius, coloniis praefectus, Ritchie, «tabulae cancellarius», et Hamilton, Indiei imperii a secretis, suum quaque munus abdicarunt, regionis fines praetergressa, universorum interpretationi argumentum praebuit. Non enim de internis rebus, ut assolet, quaestio est, sed de novis institutionibus, quae eeterorum populorum negotia quoque respiciunt. Chamberlainii enim haec est mens, ut taxationes «differentiales» — prouti nuncupant — in coloniarum beneficium, cum vectigalibus, in merces exterarum nationum inductis, opportune conlatae, coloniis ipsis beneficium sint redditurae, quod eas non unius amoris vinculo sed lucri etiam patriae coniungant. Contra rationem hanc libera Anglia, quam Peel et Cobden constituere, acriter surrexit: conelatum est inde necessario futurum, ut rerum quibus plebs unice vivit pretium angeatur, vetustissimumque atque aureum illud principium ab omnibus partibus uno animo susceptum ut quae plebis victum respiciant a quovis vectigali soluta evadant, inesorabili ictu prosteratur. Cum autem Chamberlainius rationem hanc a se induceam enunciasset inconsultis collegis, quinimo, eorum nonnullis adversis, totis viribus postea defendere publice coepisset, eo pervenit ut eum fautoribus suis e collegio denique recedere debuerit. Quid inde?... In tot animalium motu facile conioci potest brevi Anglia comitia ad iudicium de re ferendum esse congreganda.

★

Ex Mauritania novi Mahumethanorum nunciati sunt impetus in Gallos. Comitatum enim Taghit ad locum profectum, a manu peditum equitumque stipatum, tria millia Mauritanorum et ultra aggressi, delere conati sunt. Strenue Galli sese defendunt, imo etiam in fugam hostes coniecerunt; non tamen sine suorum elate. Itaque Gallia facinoris piaculum a Mauritaniae rege poposeit, qui quidem promisit se daturn. Quomodo tamen? Regionis enim ea est conditio, ut difficile promissis manere fidemque servare rex possit. Et haec quoque ea nubes est, quam nondum videmus qui venti abigere valent.

PROPOPLICOLA.

LIBRORUM RECENSIO.

• JOSEPH SCOPA litterarum doctor — *Carmina*. — Neapoli, ex typis Aloisii Pierro et filii, 1903.

Horum carminum princeps est *Vesurius*, in quo hexametris versibus DCXXXII dulce fluentibus canitur satis feliciter:

*Vesurius ille tumens qui attollit ad aethera flamas,
Qui claras stravit proruptis ignibus urbes,
Olim pampinis uber qui floruit umbris,
Carmen erit mihi et Aoniis nora cura puellis.
Quae fuit: it quondam species ac fama Vesero,
Quas sibi delicias delecerit ipse priores,
Quos alat intus adhuc ignes, ac turbine saxa
Ecclat mediis volatque perusta cavernis;
Quae modo blanditiae decorent simul arra propinquia,
Prisci cum minitans cessarit elate Vesurus:
Carminis haec tandem mens est ratioque libelli.*

Eodem metro succedit: «Ex Dante Alighiero Ugolini narratio latine redditu»; tum vero, haud trita sane argumenta: — «Mephitis in Amsaneti valle» — «Iris» — «Musae latinae» — «Aetas nequissima». — Sequuntur *lyrica XII*; *epigrammata XLVI*, quorum nonnulla frigidiora; *epitaphia XV*. — Absolvit nitidum libellum paginarum xc *paraphrasis in Canticum Cantorum*.

Carmina haec, quae auctor vocat «poeticas nugas... ad exercitationem scribendi quamplurimum peragendum», satis confirmant quae ipsem in prooemio dicit: «nunquam deesse, ne nostra quidem aetate, qui immortalem laconi eloqui venustatem recolant idemque studium permagni faciant, nedum tot incantantium stultorum convicio nunc temporis deterreantur». Magna igitur habenda gratia est viro cl., qui fatiscunt, ut ipse retur, latinitati suppetias tulterit, «nunc praesertim, quum parvi habentur, — si nempe ipse credit —, illi clarissimi scriptores, quibus tantum sapientiae lumen vetustioribus aetatis manavit».

Quia vero I. Scopa carmina sua «scriptitasse» fatetur «in iuvenibus nostris aemulationem aliquam excitatur», — seu rectius, ut excitaret (1) —, caput autem omnis exercitationis sit linguae cognitio, non coeco aurum iudicio quae sita, sed certa ratione ac disciplina, qualis aetate haec nostra felicissime viget, detur nobis venia notandi quaedam in soluta oratione prooemii. Cuius vel in prima periodo invenimus *demum pro tandem*: «Carmina, quae non sine aliqua emetatione *demum edere* constitui». Longe autem inter se differunt haec adverbia: *demum*, *denique*, *tandem*. Nam *demum* est coartantis, *denique* colligentis, *tandem* expectantis. Ita Vergilius:

*Illa seges demum (i. e. tantum) rotis respondet avari
Agricolae, bis quae solem, bis frigora sensit (2).*

Et Flaccus:

*Denique (i. e. ad ultimum) sit quidris simplex dum-
taxat et unum.*

Et Cicero: «Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra?»

Nec satis tuto dici posse arbitramur: «Carmina, quae maximam partem aliquot abhinc annis exarata fuerunt». — Denique minus probatur adverbium *adhuc* eum praeterito tempore, ut in his: «quum adhuc literis imbebar». *Adhuc* enim valet: — «ad hoc usque tempus».

Extrema haec, nisi optima spei scriptor I. Scopa videretur, libentius fuissent praetermissa. Etenim, quum officium nullum est aut facilius aut gratius quam assentandi, tum contra nihil gravius aut periculosis quam censoria virgula uti Sed primum illud in eos exerceamus, quorum nostra nihil interest; alterum in eos, quorum virtutem non contemnimus.

PETRUS ANGELINI.

(1) Participium futurum activum a verbo "sum" disiunctum, ubi agitur de consilio seu proposito alienius rei facienda, Ta. ito, Livio, Instino est frequentius; in Cicerone vix umquam occurrit; in Caesare numquam. Cf. GANDIN, *Sint. tat.*, P. I, IV, 3.

(2) I *Georg.*, 47.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Paris* Phil. Cuggiani.

ECENSIO.

tor - *Carmina*. - Neapolitani, 1903.
est *Vesuvius*, in quo
alce fluentibus canitur

ad aethera flammis,
inibus urbes,
it umbris,
ea cura puellis.
e fama Vesuvio,
se priores,
te turbine saxa
sta cavernis;
simul arca propinquata,
clade Vesuvius:
st ratioque libelli.

Dante Alighieri Ugo-
tum vero, haud trita
in Amsaneti valle» -
Aetas nequissima» -
ata XLVI, quorum non-
- Absolutus nitidum li-
asis in *Canticum Can-*
cat «poeticas nugas...
unplurimum peragem-
ipsem in prooemio
nostra quidem aetate,
venustatem recolant
fiant, nedum tot incre-
e temporis deterrean-
ratia est viro el., qui
ati suppetias tulerit,
habentur, - sic nempe
criptores, quibus tan-
oribus aetatis manu-

a sua «scriptitasse»
emulationem aliquam
excitaret (1) -, caput
linguae cognitio, non
sed certa iatione ac
nostra felicissime viget,
aedam in soluta ora-
na periodo invenimus
quae non sine aliqua
titui». Longe autem
alia: *demum, denique,*
tantis, denique collis-
Vergilius:
cotis respondet acari
vigora sensit (2).

quidris simplex dum-
[taxat et unum.
abutere Catilina

itramur: «Carmina,
tibhine annis exarata
ur adverbium *adhuc*
: «quum adhuc lit-
let: - «ad hoc usque
rei scriptor I. Scopula
aetermissa. Etenim,
facilius aut gratius
il gravius aut peri-
ti Sed primum illud
nihil interest; al-
non contemnimus.
TRUS ANGELINI.

verbo "sum" disiun-
posito alienus rei fa-
quentius: in Cicerone
am. Cf. GANDIN, *Sint.*

MPI, iurisperitus.
hil. Cuggiani.

LE LAUDI LATINE IL CANTICO DEL SOLE DI S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello, praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro
rei longe peritissimo, scriptam, continentur *laudes latinae* cum interpre-
tatione italica, *Canticum Solis*, et illa *Speculi perfectionis* capita, quae
Cantici originem exponunt, aliaque permulta. Libellum hunc Iulius Sal-
vadori, litteris tradendis in Romano Athenaeo doctor egregius, maxima
edidit eura, ac Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit
L. 0.50, in pauperum levamen.

IUVENIS QUIDAM ITALUS MEDICINAE DOCTOR

artem suam profiteri cupit apud exteris gentes.
Si quis itaque officium aliquid ei offerendum habeat
certiorem de re faciat

Commentarii *Vox Urbis* administratorem,
qui negotium aget.

VARIA

Mulierum dominatus in Russia.

In diario, cui nomen *Forum*, legimus in Russia vicum Nicolkoje esse, in quo publicae
vici res mulierum potestate reguntur et ger-
runtur. Provinciae censores et invisores facta
haec, oculis testantibus, vera esse invenerunt.
Municipii vir caput, consiliarii patres, toto anno
aut Petropoli, aut Moscae sunt; ideo publicam
uxoribus, aut matribus suis rem administran-
dam relinquent. Inquisitione peracta, mani-
festum fuit illie omnia optime geri, iure omnia
fieri, aequitate gubernari, nec umquam con-
cilia patrum, vel una, matre consiliante carere.

Lucens mensa chordisona.

Confecta eiusmodi mensa est, quae, dum so-
nos provocat manus, lignea vel eburnea pre-
mens, quibus chordae quatiuntur, in tabula,
cui electrica fila respondent a mensa, iuxta
chordas percussas colores harmonice con-
sentientes apparent; quod quidem iucundum vi-
denteribus et una audienter est. Quid si dis-
soni strident soni? Horribiles discrepantesque
colores effulgent. Ergo vir bonus et pru-
dens cavebit ne oculos offendat et aures. Quid
si cantores, immissio in guttura filo, vocem
coloribus illigent?... Auditores fugabunt, si
acerbi; si suaves, connectent lenociniis blan-
ditisque colorum. Numquid haec erunt? Atqui
iamdiu metaphorice «color vocis» dicebatur. O
praesaga futuri methaphora!

Societas in funestos.

Supersticio, necne, sit omnino, fortassis ad
rem elucubratione singulari quaeremus; at plu-
rimorum tenet opinio quosdam esse funestos
homines, quibuscum nec viare, nec stare, nec

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS administratorem.

SI QUIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

TORQUATI TASSI HIEROSOLYMA LIBERATA

a IOSEPHO TORALDO e versibus Italicis in
latinos conversa,

apud *Vocis Urbis* administratorem
ven. lib. 6.

II.

Sole calente nimis praesto tibi frigora
[grata.
Si me retro legas, ubera significo.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis
interpretationem ad commentarii mo-
deratorem miserint intra menses duos,
unus, sortitus, gratis accipiet THO-
MAE VALLAURI opus, cui titulus:
HISTORIA CRITICA LITTERARUM LATINARUM.

Aenigmata an. VI, n. XIII proposita his re-
spondent:

1) *Canis*; 2) *Caligo, Caliga*.

Ea rite soluta miserunt:

Herm. Gini, *Aquis Taurinis*. — Iul. Sernatinger,
Dresda. — Alois. Battisti, *Maraula*. — Cam. Stra-
schilli, *Vittaeo*. — Petr. Garrone, *Pezzana ad Ver-
cellas*. — D. Le Provost, *Briocen*. — I. Wilhelm, *Battle*.
— Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Fr. Benedictus C.S.S.CC.,
Simpelweid. — Ioan. Cantomo Ceva marchio, *Ronco ad Bugialam*. — Ferd. Ferrari, *Guardastallo*.
— Alois. Cappelli, *Senis*. — Raph. Astori, *Firmino*. —
E. Burg, *Argentorato*. — Ad. Skrzypkowski, *Swinice*,
— St. Lawijski, *Niemzolow*. — Car. Stegmüller, *Sa-
baria*. — Ioan. Sismondo, *Augusta Taurin*. — Dom.
Farese, *Neapoli* — Instituto Provincial de *Figueras*.
— Ioan. Cristoferi, *Apua*. — Coll. Scholiarum Piarum
Stellae — Th. Montanari, *Montefano*. — Leo Clugnet,
Fresnesiz-Rungis. — Mich. Vidal, *Patna in insula
Majorica*. — Ant. Lassota, *Sutrio*. — Petr. M. Can-
de la Gray Gra, *Monterrey in Mexicana republica*.
— Ioan. Galbiati, *Carugo*.

Sortitus est praemium

PETRUS M. CAN. DE LA GRAY GRA,
ad quem missum est opus, cui titulus:

VINCENTII LANFRANCHII
DE STILO PLAUTINO
ACROASIS.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
COMM. VOX URBIS IN AN. MDCCCCIII

Premium subnotationis est in Italia Libell. 10; ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½; Coron. 15 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARI "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA.

Qui premium ut supra miserit infra Ianuarium mensem anni MDCCCCIII, praeter Commentarii numeros omnes qui edentur ipso anno MDCCCCIII, accipiet *ad libitum*

a) Librum (vulgo « album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, atque Commentarii moderatore iubente expresse adstructum; *sive*

b) Urbis e Ianiculo monte prospectum (Tabulam aere cusam metr. 1,10 × 0,24); *sive*

c) Collectionem chartularum electissimarum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

QUI NOVOS DABIT SOCIOS

elget insuper:

a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de Ecclesiasticis rebus quolibet e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae sua, id est in Italia ad Libell. 5; extra Italianam ubique ad Libell. 7, 50; Marck 6; Sch. 6; Doll. 1½; Rubl. 3; Flor. 3½; Coron. 7½. Ipse electos libros describat atque Commentarii administratori significet; gratis mittentur, excepto impendio diribitorio Reipublicae debito; *sive*

b) E picturis Urbis grandes duas, photographice redditas, prout voluerit ac significaverit; usque, ceu supra, ad dimidium annuae subnotationis;

c) *Sin potius cupierit, dimidium subnotationis premium ei remittetur qua pecunia dimiserit.*

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi *gratis* Commentario fruantur; sin, possint amico favere, Commentarium dimidiato pretio praebentes.

Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina exspectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim iam Commentario dederunt.